

1563. id. Xbris. Ex Ms. Bibl. Lat. n. 244.

Sigismundus Augustus Rex Poloniae
Martino Cromero.

131
Quod Salernitanus ex aula Ces. mtis decep-
serit, culpa penes nos nulla est. Nam si
ea disceptus causa fuit, quod de acceptan-
da compromissi formula nihil hucusq. re-
sponderimus cogitandum illi fuit dicitur
nos, dum ea proponeretur, expectavisse
Rinus Episcopus Posnaniensis aliquid
in Hispanijs huius nostro negotio utilita-
tis comparaturus est. Quem ut d. quoq.
tua omnibus de rebus quas necessarias
iudicaverit, diligenter et copiose instituat
etiam, atq. etiam volumus. Maxilla quoq.
cupere se in patriam reverti, nobis signi-
ficat: iudicare vero nos huius non possumus,
an istic aliquis sit ejus usus. Idcirco quae
hac de re dominationi tuae sit sententia
expectandum nobis esse duximus. De Erico
Duce perlatum quidem et aliunde quoq. est
ad nos, comprehensum a suis et in vincula
conjectum esse, sed aliter omnino rem se ha-
bere existimamus. Quod vero Srmi Electi
Hungariae Nepotis nostri charissimi ora-
tor cum d. tua, ut sane debuit, omnibus
de rebus, quae ad pacificationem pertine-
rent, non contulerit permolestum nobis
accidit, nec possumus in eo satis oratoris
vel negligentiam, vel iudicij tenuitatem
admirari: quod ipsum etiam copiose Srmo ne-
poti nro per literas significamus, nihilo-
minus tamen d. tua, ubi honeste poterit,
negotium hoc totis viribus promovebit.
Convicia Eclesiastica ad primam maij anni
sequentis

sequentis indicta, curae nobis erunt. De
hospicio d. tue ablato non satis, quid hoc
sibi velit per erroremne, an alia de cau-
sa, factum sit, colligimus. Omnino d.
tue dignitas nostra, ubiq; locorum tu-
landa est. Datum Varsoviae d. Xbris An-
no Domini 1563. Regni vero nri 34.

Ad Mandatum Sae-
Regiae Majestatis prium

Narostropnie robid Soad Weg: xi y toba, se, ne yoad
iednake pomagay nay usi truj Siestru noui narostnu.